



## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Thesavrvs Casvum Conscientiæ**

Continens Praxim exactissimam De Censvris Ecclesiasticis, Aliisque Poenis, & Canonicis impedimentis, in Septem Libros distributus ...

Decisiones Casvum Conscientiæ Ex Doctrina Consiliorvm Martini Ab Azpilcveta Doctoris Nauarri collectæ, & iuxta librorum iuris Canonici dispositionem in suos Titulos distributæ

**Sayer, Gregory**

**Venetiis, 1627**

75 Regularis furans, vt quaerat monasterio, peccat semel sibi autem appropriando, bis.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-13903**

equitas enim suadet, ut qui sentit commoda, & onus erit sentiat. c. qui sentis de reg. iur. in 6. & cle. 1. de censibus, & l. secundum naturam. ff. de reg. iur.

## DECISIO LXX.

Ex conf. 75. alias 3. de statu monach.

**S**tatutum Carthusianorum ante circiter quingentos annos factum, & quo proprietarij pecuniæ excedentis summam trium solidorum obligantur ad consistendum, vel reuelandum illud Priori intra certum tempus, sub pena excommunicationis ipso facto incurrendæ, & quod ea iam in cursa, non nisi a Priore iterata confessione absolui possint, validum, & religioni utile est. Quamvis enim regulariter confiteri iterum semel confessa obligari nemo potest, ex Nau. in Man. c. 9. in initio nec excommunicatio sine prævia monitione ferenda sit. c. sacro. de sen. excom. & c. constit. eod. in 6. de suo tamen consensu ad peccatum semel legitime confessum denuo consistendum obligari quis potest; ita in ter cunctas de priuil. & Nau. in Man. c. 9. nu. 1. Constat autem monachum, qui consentit seruare Carthusiana statuta, consentire etiam obligationi, si quæ illa imponunt, ad idem peccatum his aliquando consistendum. Et licet propter culpas præteritas, quatenus solum sunt præteritæ, excommunicatio sine præmonitione ferenda non sit, potest tamen legitime pro culpis futuris, vel etiam pro præteritis sub conditione ferri. nimirum, ut excommunicatus sit, si non satisfaciat pro delicto intra tale tempus: Sufficit enim ut præcedat culpa, vel mora; c. Romana. §. caueat, de sent. excommun. in 6. Cum itaque in huiusmodi proprietario sit culpa, rem sibi indebite appropriando, cap. 2. & cap. super quodam, & cap. cum ad monasterium, de statu monach. & etiam mora committitur non restituendos, quod debet; nec consistendo intra terminum sibi a præfato statuto præstitutum, iuste excommunicationem incurrit: præsertim cum appropriatio & factum trium solidorum vi statuti illius peccatum mortiferum æstimetur, ut recte propterea excommunicatio contra tales ferri possit; c. nemo & c. nullus. 1. q. 3. & consentit Nau. in Man. cap. 17. nu. 3. Quæ tamen excommunicatio non tam lata est contra non restituentem, quam contra non manifestantem, maxime cum religionem illam professus, se sua sponte obligauit saltem tacite ad illud manifestandum.

## DECISIO LXXI.

**M**onachus Carthusianus, qui appropriauit ultra summam trium solidorum, si tunc postea restitutione fecerit sufficientem vel per se, per aliquas reliquationes honestas de ijs, quæ honestè impendere possit; vel per amicos, ante lapsum termini ad manifestandum Priori præfixum, in dictam excommunicationem non incidit, etiam si Priori postea rem non manifestet; sicut a simili nec Monitorio Episcopi de manifestando furto ligatur, qui restituit illud, neque qui ipsum iam restitutum esse nouit. Quia appropriare, & appropriatum non manifestare Priori, diuersa sunt; statutum autem illud non excommunicat appropriantem solum, sed appropriantem, & non manifestantem, quod manifestare debet: qui vero rem appropriatam ante manifestandi terminum præfixum restituit, definit rem appropriatam cum obligatione manifestandi eam habere, & consequenter appropriati per manifestationem rescindenda esse desinit, quia priuatio præsupponit habitum l. dec. m. ff. de verb. oblig. & quod non est, non potest dissolui. c. p. ad dissoluendum. de despons. impub.

## DECISIO LXXII.

**Q**uamuis regulariter dare quis potest alteri facultatem ea donandi, quæ ipse iuste donare, vel impedere possit; & consequenter Priores ordinis Carthusiani habere possent pro recte impensis ea, quæ sui Monachi impederunt, vel donarunt; & ita remittere valent suis Monachis obligationem manifestandi sibi appropriata, ita ut pro-

pter omissam manifestationem in excommunicationem non incidant; eo quod restitutio, & remissio, seu condonatio debiti paritari videntur. c. peccatum, de reg. iur. in 6. quia tamen nec ipsi Priores facultatem habent dispensandi bona Monasterij, & religionis, nisi in utilitate Monasterij, & vsus pios, & iustam remunerationem iudicent; nec dispensationem suprum Monachorum ratam habere possunt, nisi in utilitatem Monasterij, vel in pios, aut iustos remuneratorios vsus facta fuerit; cum nemo dat, quod non habet; cap. quod autem, de iure patron. quoad impensa vero, aut occultata ad alios vsus, monachis suis obligationem manifestandi eis suam appropriationem remittere nequeunt.

## DECISIO LXXIII.

**C**um omnia, quæ ad iurisdictionem ex privilegio perpetuo, ratione dignitatis, aut officij, aut alterius ordinariæ potestatis virtute spectant delegabilia sint; ita Gl. recep. in c. si. de offic. iud. deleg. Priores Carthusiani, quia iurisdictionem ordinariam in suos Monachos & potestatem absoluedi ratione suarum dignitatum habent; cap. cum ab ecclesiasticis prelati, & c. quanto. de offic. ord. & etiam per statuta ordinis & religionis, quæ sunt etiam leges particulares: c. cum omnes, de constit. alijs confessarijs consequenter potestatem absoluedi Monachos proprietarios, a peccatis proprietatis, & ab excommunicatione incurta ob omissionem non reuelationis eorum iuxta ordinis statuta faciendâ, subdelegare possunt.

## DECISIO LXXIV.

**M**onachus Carthusianus, quamuis a peccato Proprietatis per Bullam Cruciatæ absolui possit, teneatur tamen postea appropriationem Priori manifestare; Absolutio enim a peccato proprietatis, obligationem manifestandi illud non tollit: Ab excommunicatione vero in cursa, eo quod intra tempus præfixum illud Priori non denuncauerit, per dictam Bullam Cruciatæ absolui nequit sine prævia satisfactioe, & manifestatione, ut sentit Sor. 4. d. 2. q. 2. art. 3. & fauent Gl. & Felin. in cap. ex parte, de constit. quia actus a delegato postposita sibi forma præscripta est nullus ex Gl. in clem. 1. de iurepar. Et ita confessarius per Cruciatam electus cum accipiat potestatem absoluedi adiecta forma prævia satisfactioe, aliter absolueri nequit: præsertim cum Principis privilegium sine tertij præiudicio intelligendum sit; & si privilegium præfatum Cruciatæ aliter intelligatur, innumeris grauissimè præiudicaret.

## DECISIO LXXV.

**C**arthusianus, vel alius religiosus aliquid ab extrinsecis furans ad utilitatem solum Monasterij, nihil sibi querere, vel appropriare volens vnū tantum peccatum furci committit, vnū autem paupertatis non violat; cum per illud solum vnū nihil sibi queratur, aut appropriatur sine licentia superioris. Sin autem fuerit animo sibi querendi, vel appropriandi, vel duo peccata, vel vnū saltem, cum circumstantia necessario confrenda, committit ex Nau. in Man. in c. 6. num. 3.

## DECISIO LXXVI.

**Q**uamuis Priores Carthusiani vere Monachi sint, c. fin. de simon. & Pan. in c. quoniam Abb. de offic. deleg. & male dispensantes, uel occultantes res Monasterij, non minus quam alij Monachi contra votum paupertatis peccant, & proprietarij sunt, Arg. cap. ad monasterium. §. fin. de stat. mon. dictæ excommunicationis tantummodo denunciatores sunt; (Capitulum enim Generale excommunicationem illam fert, quod sanè Capitulum maiorem, vel saltem tantam auctoritatem in Priores habet, quàm ipsi in Monachos.) Sed & excommunicatio Papalis per Episcopum denunciata, Episcopum æquè ac alios ligat; ita Nau. in Man. c. 27. nu. 6. Hæc tamen excommu-

nica